



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 95. Elisabetha Henricum IV. a veræ fidei studio avertere molita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

clesia levissima ex causa conflandum, pa- Sæcul.XVI.
A.C.1593.
ratissimos: ecquidem quamdiu horum
hæresis in incerto fluctuare videbatur,
Regina hosce sectarios non molestabat,
verita, ne hi cum Catholicis communis stu-
dio jungerentur: quamprimum vero illos
numero, & potentia crescere cernebat,
illis, qui Episcopatus Ordinem admit-
tebant, benignas aures præbuit, eo-
quod hi Puritanos abominarentur tan-
quam seditiosos, qui sua pertinacia re-
giminis auctoritatem funditus everttere
molirentur: quapropter ab illo temporis
momento Regina in eos sævire cæperat,
quamvis hæc ipsa severitas sub posterio-
rum Regum regimine mala admodum
horrenda produxerit.

§. XCV.

Elisabetha Henricum IV. a veræ fidei studio avertere molita.

Insuper Elisabetha adulterinum sectæ
suæ studium usque ad Franciæ solium
extendere præsumebat; vix enim Hen-
ricum ad fidem Catholicam reverti pa-
ratum compererat, quantocius ex suis
Nobilibus quempiam ad illum ablega-
bat, qui Regem a suo proposito abster-
reret, irrito licet successu, quippe ad-
ventante hoc Deputato Rex jamjam
hæresin suam ejuraverat: unde Regina
se delusam ægerrime ferens, sequen-
tem

Sæcul. XVI. tem epistolam ad Henricum perscri-
A.C. 1593. bat. „Ach Superi, quam vehementi
 „dolore, ac tristitia repletum est cor
 „meum, dum tanta mihi narrantur:
 „quæ demum est hominum fides! quæ
 „ve vivimus tempora! quis credere po-
 „tuisset, quod terrena felicitas te ati-
 „more Dei avertere potuerit? num ex
 „tam nefando crimen prosperum ex-
 „tum sperare licet? ergone nondum
 „times, ne hic idem Deus, qui te sua
 „potentia hucusque conservavit, nunc
 „omnino destituat: enimvero innume-
 „ris plena res est periculis, si quis ma-
 „lum facere tentat, ut eveniant bona:
 „nihilominus spero, quod meliori spiritu
 „animatus saniora sequaris consilia:
 „interim ego te Dei patrocinio commen-
 „dare, ac divinam clementiam exorare
 „non desistam, ut rem eo disponat, ne ma-
 „nu: Esau tibi præripiant benedictio-
 „nes Jacob: amicitiam vero tuam,
 „quam mihi tanquam fideli Sorori tuae
 „offers, meo etiam, ac quidem maxi-
 „mo dispendio, promerita sum, uti
 „probe mihi constat, nec etiam me
 „sumptuum pœniteret, nisi Patris tui
 „animum exuisses, nunc vero ex Patre
 „tuo Soror esse haud amplius possum;
 „semper enim ille, a quo descendisti,
 „carior mihi erat Pater, quam is, qui
 „te adoptavit: hæc Deus scit, quem
 imploro,

scri-
ementi
est cor
antur:
! quæ-
ere po-
te a ti-
um ex-
n ex-
ondum
te sua
, nunc
nume-
s ma-
bona:
spiritu
nsilia:
mmen-
xorare
ne ma-
dictio-
tuam,
ri tue
maxi-
, uti
n me
ris tui
Patre
ossum;
ndisti,
s, qui
quem
ploro,

„imploro, ut te ad meliorem semitam **Sæcul XVII.**
„reducat. „

A.C.1593.

Huic epistolæ Elisabetha sese hoc modo subscrivebat: „Soror tua fidelis „juxta antiquum morem, novus enim „quid a me? *Elisabetha*. Verum insuper habitis hisce literis Elisabetha Meloduni Mense Octobri cum Henrico fœdus utrinque firmatum, & subscriptum init, quo inter ceteros articulos spondebat, quod non modo illius hostes repellere, sed etiam aggredi, nec unquam laniendæ paci consentire vellet, nisi prius eadem mutuo tam ipsius, quam Henrici consensu firmata esset.

§. XCVI.

Conventum Meduntæ celebrandi fa- cultas Protestantibus a Rege concessa.

Attamen non modo hæc Regina Hen- Soulier hist.
rici Regis conversionem ægre fere-
bat, sed insuper Franciæ Calvinistæ pag. 240.
suis querelis hunc Regem diu, noctu-
que tantopere fatigabant, ut ad excipiendas illorum querelas in Meduntina Urbe conventum habendi licentiam dare cogeretur, eo fine, quatenus desuper Regis responsum percipere possent. Ergo Provinciarum Deputati jam Mense Novembri eo convenienti, Rex tamen nonnisi duodecima Decembris illuc de-
latus,